meridie in memoriam Sacratmae Passionis, ubi post quodlibet Ave tundentes pectora addent: Qui passus es pro nobis, Dne miserere nobis.

11. Inconveniens est ut infra Nocturnos vel alias Calefactorium, vel Commune Monachorum intrent, praesertim Sacerdotibus se calefacientibus, vel aliis Monachis ibidem precibus, et lectioni forte incumbentibus, igitur si necesse habuerint, suum calefactorium ingrediantur.

12. In die Coenae Dni ibunt ad mandatum Monachorum quibus iussum fuerit, et sedeant in loco, ubi collocantur ab eo qui Commune ordinat, pro lotione pedum. Curent tamen antea pedes mundare quam Abbas vel Prior pedes lavare incipiat.

13. In sepultura cuiuslibet Fris ad Exequias, et in 5 principalibus offis defunctorum ad vesperas et laudes venire curent Conversi, nisi aliquid aliud obedientia praecipiat faciendum. Similiter ad solenniores processiones, quae fiunt in festo S. Marci, vel diebus Rogationum.

De Festis, Missis, Confessione et Communione Conversorum. Cap. IIII.

1. In his solennitatibus non laborant Conversi, videlicet: in Nativitate Dni et diebus sequentibus. In Circumcisione, Epiphania, Parascene, die Paschae et 2 feriis sequentibus, in Ascensione, Pentecoste et 2 feriis sequentibus. Praeterea in omnibus solennitatibus B. V. M. in festis omnium SS. Aplorum, in festis S. Benedicti, S. Adalberti, S. Stanislai, Corporis Chri. Nativitate S. Joannis Baptae, S. Mariae Magdalenae, S. Laurentij, S. Bernardi, Omnium SS. S. Martini, S. Cathariae, et S. Nicolai, ac in festis quibus feriatur Dioecesis ab operibus, ferientur et Conversi nri, oes tn debent esse ita resoluti, ut si in dictis festivitatibus quidpiam illis iniungatur, mox absque murmure exequantur.

2. Quando Conversi in Choro praesentes sunt, pulsabunt ad oes horas, et campanizabunt in festis solennioribus.

3. Discant Conversi oes, quoad fieri potest, Sacerdotibus ministrare.

4 In Ad-

4. In Adventu quotidie ad Rorate, et in quinq principiis offi defunctorum, vel quando pns defunctus sepeliendus est, sive is sit Monachus, sive Novitius, sive Conversus vel Donatus, celebbri Missarꝫ mantellis suis induti intersint.

5. Quando portarii audituri sunt Missam, vel ituri ad mensam, alii interim à Magro Conversorum substituantur, qui portarum custodiam habeant.

6. Nemini confitebuntur Conversi, nisi deputato ab Abbate aut Præside, qui illos à certis casibus absoluere non poterit.

7. Singulis annis in XI singuli faciant glem confessionẽ, ab ultima incipiendo præmissa recollectione et animi renouatione, per Spualia exercitia, prout Monachi faciunt.

8. Quicunq semel in anno vel proprio Abbati, vel ipso annuente alteri cuius copia datur, fideli et integrè confiteri neglexerit vinculo Excõis se nouerit irretitum, cui etiam pœnæ se subiectos nouerint, qui se in fraudem aliis quam propriis Confessariis nri Ords deputatis confiteri absq lrra præsumunt, et si de hoc conuicti fuerint grauiter puniantur.

9. Omnibus diebus quibus Contus publicè communicat, etiam Conuersi post Confessionem Sacramtalem communicabunt.

De Capitulo Conuersorũ Cap. V.

1. In oibus Dnicis diebus, præter eos quibus generalr sermo fit in Caplo Monachorꝫ, item in crastino Natiuitatꝫ D., Paschæ et Pentecostes, audito signo campanæ, sub primo signo ingrediantur Caplum suum, ut teneatur eis Caplum à Præside vel Magistro.

2. Veneris autem Præses vel Magr, antequam resideat cæteris stantibus versis vultibus ad Orientem dicat, Preciosa, ut in Caplo Monachorꝫ, excepto quod neq Martyrologium legitur, neq regula, sed dicta Monachorꝫ in vita directorum fiant, et Conuersis videntibus quæ fuerit videnda, resideant inclinantes sibi mutuo: Tunc Præses vel Magr præmissa Benedictione respon-

4741